



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

5. Quibus in euentibus donatio quantumuis excedens consistere possit
absque insinuatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

sed simulatur, veraque sit donatio insonuanda est. Sicuti aliis relatis docet Titaeus. in leg. si unquam. Cod. de reuocand. donat. verbo donacione largitus n. 4. Sanch. lib. 6. de mar. disp. 1. n. 11. Couar. lib. 2. var. c. 4. n. 8. Tamen contra plures, quos refert, & sequitur Fachin. lib. 2. c. 19. in ult. q. censent quocunque animo haec remissio pretij fiat si excedat 500. solidos indigere insonuacione.

§. III.

An huic insonuacioni validè renuntiare possis maxime accedente iuramento?

- 1 Nequis huic obligationi renuntiare.
- 2 Iuramentum donacionem firmans viam insonuacionis habere communior est sententia.
- 3 Sed contrariam probabiliorem iudico.

EX omnium sententia docent Ant. Gom. tit. 2. de contract. c. 4. n. 7. Ant. de Canano tract. de insonuat. 2. p. 9. 2. 9. n. 47. & 48. Ferdinand. Vazq. Menchac. de success. creat. §. 5. n. 2. & 3. Martien. lib. 5. recopil. in. 10. leg. 7. Gloss. 7. n. 4. Gutier. in repetit. leg. nemo potest ff. de legat. 1. n. 39. & de iuram. 1. p. c. 7. Mol. disp. ut. 278. insonuacioni, & alij passim, non posse legem insonuacionem praescribenti renuntiare, quia etio inducta fit in fauorem donantis, attamen dicit formam actui qui abique illa corruit. leg. illud. Cod. de sacrosanct. Eccles. libi. Non aliter valeat nisi actus iniunctus fuerit, & leg. sancimus Cod. de Donacionib. libi. Sed hoc pro non scripto, vel non intellecto esse creditur. At legibus inducentibus formam nostris actibus renuntiare non potest. leg. nemo potest ff. de legat. 1. Item in legibus prohibentibus actum non est locus renuntiationi. Vt in Rub. Cod. de fideiusor. dor. & ibi Gloil. ordinaria, & communis. Praeterea corrueat finis legis praescribentis insonuacionem, si haec possit renuntiare. Nam eadem facilitate qua ad donandum quis inducitur induci potest ad renuntiaandum insonuacioni. argum. leg. si mulier. Cod. ad velleianum. Denique frustranea esset controuersia doctorum, an iuramento interposito renuntiare insonuacioni possit, si absque illo valida esset renuntiatio.

Quocirca controuersia grauis inter doctores est an iuramento interpositum donacioni excedenti summam lege praescriptam vim insonuacionis habeat, firmetque donacionem ac si insonuata esset. Affirmant ex communiori sententia plures relatis Titaeus. leg. si unquam in prefat. n. 143. Ant. Gom. c. 4. de donat. n. 8. Roland. à Valle conf. 19. n. 48. & conf. 39. n. 34. lib. 1. & conf. 70. n. 14. & leg. q. & conf. 25. n. 13. lib. 2. Iulius Clar. lib. 4. recept. §. donatio q. 18. Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. col. d. 1. de donat. n. 66. & 67. Gutier. in repetit. leg. nemo potest n. 340. & de iuram. 1. p. c. 7. n. 2. Mol. d. disp. 278. §. dubium autem est. Less. l. 2. c. 18. dub. 13. n. 99. Andri. Fachin. 3. controu. c. 83. & l. 1. c. 48. Eman. Saa. verbo donatio. n. 1. Paul. Layam. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. q. 4. Reb. 2. p. de oblig. iust. lib. 18. q. 8. n. 5. Mouentur, quia iuramentum seruandum est quoties non vergit in interitum salutis aeternae. At donare vitra summam à lege praescriptam non vergit in interitum salutis aeternae, cum ex se malum non sit, nec iure alicui prohibendum, tamen irritum fitur contingit in renuntiatione legitime à filio, vel filia facta, & alienatione fundi dotalis ab vxore, & contractibus à minore celebratis absque iuris solemnitatibus. At iuramento interueniente haec omnia valida sunt, & firma & omnino seruanda. Vt de renuntiatione legitime habetur. cap. quamuis. pactum de pactis lib. 6. & de alienatione fundi dotalis. cap. cum conuincas de iurando & cap. licet m. lieres eodem tit. in 6. & de contractibus minorum. Authen. sacramenta puerum. Cod. si aduersus venditionem. Ergo idem erit dicendum in donacione absque insonuacione.

Ceterum est haec sententia communior sit contrariam probabiliorem credo, quam docuerunt Guillem. de Cugno, & Bald. in leg. illud 95. Cod. de sacrosanct. Eccles. Raphaël Cuman. in leg. Modestinus ff. de donat. & ibi Roman. Barbatius conf. 66. incipiente sapienter & conf. 52. incipiente viso lib. 4. Calcan. consil. 18. ad finem. Petr. Duenas reg. 224. limit. 5. Ferdinand. Vazq. Menchac. de success. creat. §. 5. n. 3. & 4. Martien. lib. 5. compil. tit. 10. leg. 7. Gloss. 6. n. 4. & alij relati à Tiraquello dicta leg. si unquam n. 159. dubiumque fuit Bart. in d. leg. Modestinus. n. 11. Salicet leg. si quis pro redemptione n. 5. Cod. de donacionib. & c. Angel. de Aretio in §. alia n. 8. in fine. de donacionib. Mouet contrarium fundamentum, iuramentum nequit esse vinculum iniquitatis: at donare vitra summam lege praescriptam absque insonuacione est malum, quia est quidam actus inutilis & iniustus, & legi aduersus. Ergo iuramentum de non reuocando eam donacionem, est iuramentum de perseverando in actu vano, & inutili, ac proinde est iuramentum rei iniquae, ergo nequit actum firmare. Nam licet verum sit legem irritantem actum non prohibere directe illius executionem. Vt diximus tract. 3. de legib. disp. 2. p. 11. & tradit in praesenti Reb. 2. de obligat. iust. lib. 18. q. 8. circa finem: attamen iure ipso naturali nascitur prohibitio ex ea lege irritante. Quippe ius naturale dicitur ne fiat actus vanus & inutilis. Vnde nisi aliqua grauis causa intercedat illum faciendi (quo casu non erit absolute inutilis) peccatum saltem veniale erit illum praestare.

Ferd. de Castro, de iust. & iur.

§. IV.

An donatarius retinere possit excessum donacionis non insonuatae dum à donante non repetitur?

- 1 Proponitur dubitandi ratio.
- 2 Verius est posse retineri.
- 3 Certius si ob alium titulum conferatur.

Ratio dubitandi est quia leges insonuacionem praescribentes irritant, & annullant, donacionem ea parte qua excedit. Ergo cessat titulus ob quem donatarius donatum retinere possit. Atque ita aliis relatis docet Duenas regula 219. numer. 3. ampliatione 3.

Nilominus verius est absque vilo peccato retineri donatum posse, dum à donatore, eiusque haeredibus non repetitur. Sic Ludouic. LoP. 2. p. instruct. c. 27. Molin. Iesuita tract. 2. disp. 278. in fine Less. lib. 2. c. 18. dub. 13. n. 99. Reb. 2. de oblig. iust. lib. 18. q. 8. num. 2. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. q. 4. Probo: nam esto donatio irrita sit, & dominium non transferat in donarium, vt communior fert doctorum sententia, tituloque illius donacionis non possit donatarius retinere, attamen quatenus à donante permittitur ea retentio optime poterit donatarius retinere donatum non tanquam proprium, sed tanquam alienum, cui retentio dominus iniustus non est. Si tamen conuenit (quod non est praesumendum) donantem iniustum esse, non tamen peccate vel quia non audeat, vel quia ignorat habere facultatem repetendi, censetur eo in euentu non posse donatum donatum retinere, quia nullus adest titulus honestans retentionem postea praedicta communiori sententia donacionem quoad excessum absque insonuacione esse irritam.

Si verò aliter cum praefatis Doctoribus, Mol. Reb. Less. Laym. donacionem in foro conscientiae validam esse defectumque insonuacionis solum praestare annullationem casu quo à donante, eiusque haeredibus donatum repetatur, & non aliter vi est probabile, manifestissimum est donatarium retinere donacionis excessum posse, dum sibi non repetitur, quia illius habet dominium. Quod si donans non repetit quia ignorat an repetendi habeat facultatem non tenetur donatarius illum monere, quia nullibi ea obligatio imponitur. Vt bene aduertit Less. d. dub. 13. n. 99.

Illud certius est si donans post factam donacionem excedentem ob alium nouum titulum, & causam, distinctum à praecedenti donacione, excessum condonaret, & denuò concederet, qui excessus intra taxatam summam contineatur, optime poterit donatarius illum retinere, esto nulla processerit insonuacio, quia tunc non tenetur ex vi prioris donacionis, sed ex vi huius secundae. Sicuti aduertit Reb. 2. p. de obligat. iust. lib. 18. q. 8. n. 2.

§. V.

Quibus in euentibus donatio quantumuis excedens consistere possit absque insonuacione:

- 1 Donatio in redemptionem captiuorum, in reparacionem mortuorum, & c. fieri absque insonuacione potest.
- 2 Donacionem ad quamlibet piam causam indigere insonuacione iure communi inspecto affirmant plures.
- 3 Verius est oppositum.
- 4 Donatio facta à principio alicui priuato, aut e contra non indiget insonuacione.
- 5 Item nec donatio facta à magistro militum.
- 6 Donacionem reciprocam aliquibus placet insonuacione indigere.
- 7 Verius est non esse opus.
- 8 Excipitur donatio patri à filio facta tempore emancipationis.
- 9 Item non est opus in donacione causa mortis.
- 10 Negant plures esse opus insonuacione cum donatio celebratur inter patrem, & filium, inter maritum, & uxorem. Sed verius est oppositum.
- 11 Intelligi debet quoad excessum.

PRIMO certum est donacionem consistere posse absque insonuacione, si fiat in redemptionem captiuorum, vel in reparacionem mortuorum, quae ruina, aut incendio corruptae sunt. Sicuti habetur expresse leg. penult. Cod. de donacionib. & leg. regia 9. tit. 4. par. 5. vbi decisio dictae legis penult. extenditur pro donacione facta Ecclesiae, hospitali, alicui loco pio.

Dubium tamen est, an spectato iure communi donatio ad quamlibet

liber

Ibet piam causam infuuatione indigeat? Affirmant Anton, Gom. r. r. v. r. e. q. num. 10. & plures relati à Gabriele lib. 3. *commun. opin. ubi de donationib. conclus. l. n. 28.* Ducuntur, quia in leg. illud Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, permilla donatio est absque infuuatione vsque ad 500. solidos tantum si fiat Ecclesiis, hospitalibus, pauperibus, ciuitati, alteriue loco pio. Quod postea confirmatum fuit in leg. sancimus in prim. s. alias vero Cod. de donat. Et licet in leg. penult. Cod. eodem tit. pro redemptione captiuorum, & in reparationem domus diruta permilla sit donatio, quantumuis excedens absque infuuatione. Non est tamen censenda permilla pro aliis piis operibus. Tum quia à lege antiqua non est recedendum, nisi quatenus à noua fuerit expresse derogatum. Neque in casu dubio legis correctio inducenda est.

3 Ceterum longe probabilius est donationem ad quamlibet causam piam nulla indigere infuuatione, vt valida & firma sit, non solum in foro conscientie, sed etiam in foro exteriori etiam ciuili, & seculari. Sicut docuit Abbas in cap. relatum l. n. 4. de testam. Bart. leg. illud Cod. de sacrosanct. Eccles. Felin. cap. 2. ecclesiastica sancte Maria n. 81. de constituti. ionib. Angel. verbo donatio. l. 1. §. 20. Sylu. eodem q. 4. Eman. Saa n. 1. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio q. 17. Moh. tract. 2. d. ff. 279 §. his tamen Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 18. q. 7. Less. lib. 2. cap. 28. dub. 1. 3. num. 10. 2. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 3. tract. 4. cap. 12. q. 4. Matien. lib. 5. compil. regia tit. 2. leg. 2. Gloss. 3. circa finem. Duenas regula 2. 14. & alij passim.

Fundamentum est quia leges ciuiles reddentes donationem piam excedentem 500. solidos infirmam, cò quod absque infuuatione facta sit nullam vim habent cum non fuerint à Pontifice approbatæ. Non enim principes seculares leges ferre possunt Ecclesiæ, animarumque spiritali salutis præiudicantes, at prædictæ leges irritantes donationes pias alioquin validas, bono Ecclesiæ obsum, & pietatem fideiùm impediunt. In nullo igitur euen. tu vim obinere censenda sunt. Præterea probabilitate non caret, eam leg. penult. Cod. de Donationib. abstulit infuuationis necessitatem à donatione in redemptionem captiuorum, & in reparationem domus diruta eam abstulisse ab omni donatione pia, & gratia. exempli illos duos casus appositos esse. Cum non sit aliqua specialis ratio cur donatio in reparationem domus etiam diuinit excipiatur potius quam reparatio Ecclesiæ, hospitalis, alteriusue loci pij; nec cur excipiatur donatio in redemptionem captiuorum potius quam donatio in alendo pauperes, dotandas virgines, & similia.

4 Secundo donatio absque infuuatione consistit, si facta sit à principe alicui priuato. Vt deciditur. leg. sancimus §. exceptis Cod. de donationib. leg. vlt. §. vlt. Cod. de quadriennia præscrip. & leg. 9. regia tit. 4. part. 5. vel è contra si facta sit ab homine priuato principi. Authent. item à priuatis. Cod. de donationib. & Authent. vbi non sunt pignorationes §. vlt. & dicta leg. regia 9. Etenim cum infuatio ex ipsius principis voluntate pendeat etiam si in iure hæc exceptio non haberetur ex ipsa rei natura nascitur.

5 Tertio quælibet donatio facta à magistro militum, scilicet duce ipsis militibus de rebus mobilibus ipsius ducis, aut de huiusmodi spoliis infuuatione non indiget. ex leg. penult. Cod. de donationib.

6 Quarto donatio reciproca, remuneratoria, & ob causam aliquibus ex quibus est Andr. Fachin. lib. 3. controu. cap. 28. placet infuuatione indigere. Tum quia sunt vere donationes. leg. quod autem §. si vir ff. de Donationib. inter virum, & vxor. leg. 1. leg. affectionis ff. de donationib. At omni donationi excedenti summam 500. solidorum statuit. leg. sancimus Cod. de donationib. infuuationem requisitam esse ibi omnem donationem, &c. Tum quia ratio exigendi infuuationem, quæ est vitatio doli & fraudis æquæ in his donationibus reciprocis, remuneratoriis, & ob causam intercedere potest.

7 Sed omnino tenenda est contraria sententia in supradictis donationibus opus non fesse infuuatione, quia esto donationes sint, non sunt tamen propria & perfecta, sed à natura donationis deficiunt. Nam de donatione reciproca quæ potius induit naturam permutacionis, quam donationis habetur expresse leg. sed est lege §. consuevit ff. de donationib. De donatione remuneratoria deciditur. leg. Aquilius regulus verbo non meram ff. de donationib. ibi dixi posse defendi non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remunerarum regulum. Denique de donatione ob causam inquit leg. hoc iure §. Labeo ff. de Donationib. extra causam donationum esse talium officiorum mercedem, vt puta si tibi affuero, si satis pro te dederò, si qualibet in re opera, vel gratia mea vltus fueris, & §. vlt. eiusdem legis, & tituli inquit textus. Sed hæc stipulationes quæ ob causam sunt non habent donationem. At decretum infuuationem exigens odiosum est, vt potè libertatem donandi diminuens ergo intelligendum tantum est de donatione propria, & perfecta, quæ ob solam liberalitatem, & munificentiam exercendam instituitur. iuxta leg. 1. ff. de donationib. Non autem de his donationibus quæ à natura donationis deficiunt. Atque ita sufficiunt ex communi sententia plures referens Tiraquel. leg. si vn. quam verbo donatione largitus num. 127. & 143. Gabriel. com.

mun. lib. 3. tit. de donationib. conclus. l. Ant. Gom. tit. 2. variat. c. 4. n. 10. Iulius Clarus lib. 4. rece. var. sentent. §. donat. q. 2. n. 2. & q. 16. n. 5. Mol. l. 2. de primog. 8. n. 15. & leg. Mol. Iulius tract. 2. disp. 279. r. donato item Matien. lib. 5. compilat. tit. 2. leg. 2. Gloss. 3. n. 20. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 3. tract. 4. c. 1. n. 4. Rebell. de obligat. iustit. 2. p. lib. 18. q. 6. in fine Barbosa de post. Episc. 2. p. allegat. 20. n. 18. & 19. & alij passim.

Ab hac tamen doctrina merito excepti Arias Pinel. leg. 1. Cod. de bonis matern. 3. p. n. 62. corol. 19. & cum illo Mol. disp. 275. §. Arias. Pinellus, donationem patri à filio factam tempore emancipationis quæ est videtur in gratiam beneficii emancipationis facta, atamen infuuatione indiget si summam excedat, cò quod ea donatio si attentè spectetur remunerata non sit. Non enim beneficium emancipationis relinquatur filio remuneradum, id ipsa lege remuneratum est medietate vltus fructus bonorum aduentitiorum. Alias hæc via facillè possent filij à parentibus spoliari, ideoque in eorum donationibus æque ac in extraneis requisita infuatio est. leg. data Cod. de donationib.

Quinto donatio causa mortis cuiusvis quantitas infuuatione non indiget. Vt habetur leg. fin. Cod. de donat. causa mortis, & ibi Glossa & Doctores. Anton. Gom. d. c. 4. num. 18. Petr. Duenas regula 2. 24. n. 2. Matien. leg. 7. Gloss. 6. q. 10. lib. 5. compilat. Mol. disp. 279. circa finem.

Hinc quæstio nascitur, an donatio pura, & simplex inter patrem, & filium, inter maritum & vxorem quæ à principio valida non est morte tamen confirmatur infuuatione indiget, si excedat taxam legis? Negatiuam partem vult expresse Bald. leg. si mortis col. 2. Cod. ad leg. Falcidianam, vtrum, d. leg. vlt. Cod. de donat. causa mortis, hæc enim donationes habent vim relictionis, & quæ notatur Authent. ex testam. Cod. de collationib. Sed longè verior est contraria sententia nimirum infuuatione indigere, ac proinde morte coniugis non firmari quoad excessum. Vt alios referens docuit Tiraquel. in leg. si requam verbo liberis n. 205. Sanch. lib. 6. disp. 14. n. 24. Matien. leg. 7. Gloss. 6. n. 10. tit. 10. lib. 5. compilat. & probat expresse Textus in leg. d. maritones quas parentes Cod. de donationib. Ratio est manifesta, nam morte firmati non possunt donationes irritæ, & inuicem sed quæ validæ sunt tamen si reuocabilitate donationis pure, & simplices inter patrem, & filium, inter maritum & vxorem æque indigent infuuatione, si excedant taxam legis, ac inter alios extraneos. Vt decidit dicta lex donationes quas parentes. Ergo deficiente infuuatione nullæ sunt quoad excessum, ac proinde morte confirmari non potuerunt.

Notanter dixi quoad excessum, nam quoad quantitatem à lege permittam, est Salicet in comment. ad leg. donationes quas parentes Cod. de donat. inter vir. & vxor. Socin. Senior. in leg. 1. n. 97. ff. soluto matrim. & cons. 115. lib. 4. Iason. in leg. 1. §. sed si mihi ff. de verb. obligat. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. num. 67. & alij relati à Gabriele tit. de donat. conclus. 7. censent neque quoad taxam permittam morte confirmari ex dicta leg. donationes quas parentes merito docuerunt contrarium Ant. Gom. tit. de donat. c. 4. post. n. 17. Andr. Fachin. lib. 3. controu. c. 7. 2. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 14. n. 15. & alij plures, quos ipsi & Gabriel. supra referunt. Primò quia vlt. per inutile vitari non debet. cap. vtile de reg. iur. lib. 6. leg. 1. §. sed si mihi ff. de verb. obligat. secundo ex leg. sancimus. Cod. de donationib. vbi inquit Textus si quid ultra legitimam deficiendum fuerit donatum hoc quod superfluum est: antinimodo non valere, reliquum vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est in suo robore perdurare quasi nullo penitus alio adiecto. Tertio ex leg. si quis pro redemptione. Cod. de Donationib. vbi expresse statuitur donationes non infirmas validas esse vsque ad solidos quingentos. Neque obstat lex donationes quas parentes, nam ibi solum deciditur donationem inter patrem & filium infuuatione indigere sicuti reliquis.

P V N C T V M XXIV.

De donatione omnium bonorum.

¶ Vilibet necessarium est scire quæ donare possit ne incedens libertatem exercere in prodigalitate incidat, & ad miseriam deueniat.

§. I.

Quæ donatio ratione quantitatis iure communi, & regio Castella prohibeatur?

- 1 Iure communi inspecto prohibita est donatio omnium bonorum presentium, & futurorum & quid regio Castella.
- 2 Hæc donatio ita est nulla, vt ex nulla parte firmitatem habeat.
- 3 Donatio causa mortis esto esse omnium bonorum, vult.
- 4 Aliquibus placet donationem inter viuos omnium bonorum non esse ipso iure irritam, sed rescindendam.
- 5 Dissoluitur ratione, quibus hoc probatur.

